

**4375** Ti. Claudio Caisare | Aug. Germánico V, | Ser. Cornélio Órfito cos.<sup>1</sup>, | Isidi invictai<sup>2</sup> et Serápi | M. Aídus Serfíliai<sup>3</sup> Afiol[ai] | lib. Amerimnus<sup>4</sup> | ex físu.

Romae, postea Velitris (VI 555 cf. 50747 descripserunt complures viri docti saec. XVII, XVIII, in his Sirmondus et Marinius; apices enotavit Cardinali, plures etiam Bianchinius, cf. not. 2. 3). — 1) A. 54. — 2) Apex, quem supra tertiam huius vocabuli litteram exhibet VI 555, nullus videtur fuisse (notavit quidem Bianchinius illo loco aliquid, sed apicis dissimile, fissuram potius lapidis). — 3) De littera Claudiana cf. supra N. 211 not. 2. Apicem litterae Claudianae in hoc solo vocabulo superposuit Bianchinius, auctor accuratus, sed qui falli potuit, praesertim in lapide litteratura perquam tenui exarato, ut testatur Marinius. Nimum his apicibus tribuit Birt mus. Rhen. 52, 1897 suppl. p. 108. — 4) M. Aedius, sive ut tum scribi voluit, Aídus Amerimnus libertus fuit Aediae Serviliae, uxoris Aviolae, scilicet M. Acilii Aviolae, qui consul fuit a. 54.

**4376** Isi et Serapi sacrum | Q. Fabius Titiani<sup>1</sup> lib. Ingenuus sevir | Augustalis, Fab. Candida sacrorum<sup>2</sup>, s. p.

Rhegi (X 4 vidit Mommsen). — 1) Fabii Titiani nobiles occurrunt in titulis Siculis X 7276. 7287. 7545. 7543. Eiusdem nominis vir fuit consul ordinarius a. 357 (supra N. 1227 cet.). Cf. item infra ad N. 4583 not. 3. — 2) Cf. infra N. 4408 seq.

**4376<sup>a</sup>** I[s]i | myrionymae | et Serapi | Expect[at]us Her]metis Aug. d[isp. vic.]<sup>1</sup> | v. s. l. [n.]

Soissons, ubi fuit Noviodunum Suessionum (Orell. 1877; Robert épigraphie de la Moselle I p. 29). — 1) Supplevit Creuly bull. des antiquaires de France 1870 p. 149.

**4377** T. Memmius Cinyps | Tiberinus<sup>1</sup> Isidi et Sarapi | don. ded.

Lupis (Lecce) loco antiquo in crypta subterranea (IX 17 vidit Mommsen). — 1) Cognomina (sive alterum agnomen fuit) hic imposuit sibi a fluviis (Cinyps fluvius regionis Syrticae, Herod. 4, 175 cet.).

**4378** D. Valerius D. f. Cor. | Proculus aedil., dictator<sup>1</sup>, | quaest. alimentorum, | hydraeum<sup>2</sup> [g]emmis<sup>3</sup> exornatum et auratum | una cum Valeria Fortu|nata et Valeria Procula | Isidi et Serapi | d. d.

Nomenti rep., postea Romae (XIV 3941; catalogus vendit. Borghesian. [coll. du pavillon de l'horloge] 1895 p. 84 n. 541). — 1) Dictator Nomenti. — 2) Hydraeum ornamentum in hydrae seu serpentis formam factum. — 3) gemmis apographa.

**4379** Isidi, Serapi, Liber., | Liberae voto | suscepto pro salute | Scapulae filii sui | P. Quinctius Paris | s. l. m. (In latere dicuntur fuisse Isis et Serapis).

Iader (Zarae) in Dalmatia, iam Veronae (III 2905 vidit Mommsen).

Isidi, Serapi, Silvano, Laribus dedicatus est t. Ostiensis supra N. 372.

**4380** invicto deo | Serapi et Isidi | reginae | Philetus Augg. | lib. pro incolu|mitate sua et | Aureliae Qui|ntilianae a|rulam cum basi | et sigilla duo | votum libes | solvit.

Romae (VI 571 cf. p. 855 descr. de Duhn).